



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Oblationes de sabbato in sabbatum innouandas. xii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

Oblationes de sabbato in sabbatum in no-  
uandas. Cap. XII.

**I**llud etiam annectendum videtur, vt oblationes quæ in altari offeruntur, de sabbato in sabbatum semper inno- uentur: quia panes propositionis qui super mensam domini ponebantur, à sabbato in sabbatum semper mutabantur, ne diu seruati mucidi fiant, & vt quidam sæuiunt, igne concre- ment. Quòd si aliquis diabolo instigante hoc facere præ- sumperit, anathema sit.

Ex cõcil.  
Aureli.  
cap. 4.

Vt præsentè & præcipiente presbytero, diaconus po- pulum communicet. Cap. XIII.

**V**T diaconus præsentè presbytero, Eucharistiam corpo- ris Christi populo, si necessitas cogit, iussus erogat. Quod magna discretio esse debeat de perceptione cor- poris & sanguinis dominici.

Ex cõcil.  
Cartha.  
cap. 38.

Caput XIII.

**I**n perceptione corporis & sanguinis dominici magna discretio adhibenda est. Cauendum est enim ne si nimium in longum differatur ad perniciem animæ pertineat, di- cente domino: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si uero indiscrete accipiamur, timendum est illud quod ait Apostolus: Qui manducat & bibit corpus & sanguinem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Iuxta eiusdem apostoli uocem, probare se debet homo, & sic de panè illo edat, & de calice bibat, vt uidelicet abstinens ali- quot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus ani- mæque suam præparet se ad percipiendum tantum sacra- mentum exemplo Dauid, qui, nisi confessus fuerit se absti- nuisse ab operè conjugali, ab hæri & nudius tertius, ne- quaquam panes propositionis à sacerdote accepisset.

Ex eipst.  
Clemētis  
pa. ca. 32.

De quotidiana perceptione Eucharistia.

Caput XV.

**Q**uotidie Eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero: Omnibus tamen dominicis die- bus comunicandū horror. Si tamen metus in affectu peccan- di est, grauari magis dico Eucharistiæ pceptione, quā purifi- cari. Et ideo quāuis quis peccato mordeatur peccādi nō ha- beat de cætero uolūtate, & cōmunicaturus satisfaciat lachry- mis & oratiōibus, & cōfidens de dñi miseratiōe, accedat ad

Ex dictis  
August.